

exséquimur actiōnem, intercedēnte
beáto Valentíno Mártýre tuo,
sentiámus efféctum. Per Dóminum
nostrum Jesum Christum, Fílium
tuum, qui tecum vivit et regnat in
unitáte Spíritus Sancti, Deus, per
ómnia sǣcula sǣculórum.

body, that, by the intercession of Thy
blessed Martyr Valentine, we may feel
the effect of the act which we are
performing. Through our Lord Jesus
Christ, Thy Son, Who lives and reigns
with Thee in the unity of the Holy
Spirit, God, forever and ever.

**MASS PROPER: FERIA – FIFTH SUNDAY AFTER EPIPHANY,
02/14, ST.VALENTINE**

MASS *Adorate Deum* (green)

INTROIT Psalms 96: 7-8

Adorate Deum, omnes Ángeli ejus:
audívit, et lætáta est Sion: et
exsultavérunt filiaē Judæ. (Ps. 96: 1)
Dóminus regnávít, exsúltet terra:
læténtur ínsulæ multæ. Glória Patri et
Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in
princípio, et nunc, et semper, et in
sǣcula sǣculórum. Amen. Adorate
Deum, omnes Ángeli ejus: audívit, et
lætáta est Sion: et exsultavérunt filiaē
Judæ.

COLLECT

Famíliam tuam, quæsumus, Dómine,
contínua pietáte custódi: ut quæ in
sola spe grátiaē cæléstis innítitur tua
semper protectióne muniátur. Per
Dóminum nostrum Jesum Christum,
Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat
in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per
ómnia sǣcula sǣculórum.

For St Valentine

Præsta, quæsumus, omnípotens
Deus: ut, qui beáti Valentini Mártýris
tui natalítia cólimus, a cunctis malis
imminéntibus, ejus intercessióne,
liberémur. Per Dóminum nostrum
Jesum Christum, Fílium tuum, qui
tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus
Sancti, Deus, per ómnia sǣcula
sǣculórum.

EPISTLE Colossians 3: 12-17

Fratres: Indúite vos sicut elécti Dei,
sancti, et dilécti, víscera misericórdiaē,
benignitátem, humilitátem, modéstiam,
patiéntiam: supportántes ínvicem, et
donántes vobismetípsis, si quis
advérsus áliquem habet querélam:
sicut et Dóminus donávít vobis, ita et
vos. Super ómnia autem hæc,

Adore God, all you His Angels: Sion
heard, and was glad: and the
daughters of Juda rejoiced. (Ps. 96: 1)
The Lord hath reigned, let the earth
rejoice: let many islands be glad.
Glory be to the Father, and to the Son,
and to the Holy Spirit, as it was in the
beginning, is now, and ever shall be,
world without end. Amen. Adore God,
all you His Angels: Sion heard, and
was glad: and the daughters of Juda
rejoiced.

In Thine infinite goodness, we
beseech Thee, O Lord, to watch over
Thy household, that even as it relies
solely upon the hope of Thy heavenly
grace, so it may ever be defended by
Thy protection. Through our Lord
Jesus Christ, Thy Son, Who lives and
reigns with Thee in the unity of the
Holy Spirit, God, forever and ever.

Grant, we beseech Thee, O almighty
God, that we who keep the birthday of
blessed Valentine, Thy Martyr, may by
his intercession be delivered from all
the ills that threaten us. Through our
Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives
and reigns with Thee in the unity of
the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren: Put ye on therefore, as the
elect of God, holy and beloved, the
bowels of mercy, benignity, humility,
modesty, patience: bearing with one
another and forgiving one another, if
any have a complaint against another:
even as the Lord hath forgiven you, so
do you also. But above all these

caritatem habete, quod est vinculum perfectionis: et pax Christi exsultet in cordibus vestris, in qua et vocati estis in uno corpore: et grati estote. Verbum Christi habitet in vobis abundanter, in omni sapientia, docentes, et commonentes vosmetipsos psalmis, hymnis, et canticis spirituálibus, in gratia cantantes in cordibus vestris Deo. Omne quodcumque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini Jesu Christi, gratias agentes Deo, et Patri per Jesum Christum Dominum nostrum.

GRADUAL Psalms 101: 16-17

Timebunt gentes nomen tuum, Domine, et omnes reges terrae gloriam tuam. Quoniam edificavit Dominus Sion: et videbitur in majestate sua.

LESSER ALLELUIA Psalm 96: 1

Alleluia, alleluia. Dominus regnavit, exsultet terra: laetentur insulae multae. Alleluia.

GOSPEL Matthew 13: 24-30

In illo tempore: Dixit Jesus turbis parabolam hanc: Simile factum est regnum caelorum homini, qui seminavit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines, venit inimicus ejus, et supereminavit zizania in medio tritici, et abiit. Cum autem crevisset herba, et fructum fecisset et, tunc apparuerunt et zizania. Accedentes autem servi patrisfamilias, dixerunt ei: Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Unde ergo habet zizania? Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit. Servi autem dixerunt ei: Vis, imus, et colligimus ea? Et ait: Non: ne forte colligentes zizania, eradicetis simul cum eis et triticum. Sinite utraque crescere usque ad messem, et in tempore messis dicam messoribus:

things have charity, which is the bond of perfection: and let the peace of Christ rejoice in your hearts, wherein also you are called in one body: and be ye thankful. Let the word of Christ dwell in you abundantly, in all wisdom, teaching and admonishing one another in psalms, hymns, and spiritual canticles, singing in grace in your hearts to God. All whatsoever you do in word or in work, do all in the name of the Lord Jesus Christ, giving thanks to God and the Father by Jesus Christ our Lord.

The Gentiles shall fear Thy name, O Lord, and all the kings of the earth Thy glory. For the Lord hath built up Sion: and He shall be seen in His glory.

Alleluia, alleluia. The Lord hath reigned, let the earth rejoice: let many islands be glad. Alleluia.

At that time Jesus spoke this parable to the multitudes: The kingdom of heaven is likened to a man that sowed good seed in his field. But while men were asleep, his enemy came and oversowed cockle among the wheat, and went his way. And when the blade was sprung up and had brought forth fruit, then appeared also the cockle. And the servants of the good man of the house coming, said to him: Sir, didst thou not sow good seed in thy field? Whence then hath it cockle? And he said to them: An enemy hath done this. And the servants said to him: Wilt thou that we go and gather it up? And he said: No, lest perhaps, gathering up the cockle, you root up the wheat also together with it. Suffer both to grow until the harvest, and in

Colligite primum zizania, et alligate ea in fasciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum.

OFFERTORY Psalms 117: 16, 17

Dextera Domini fecit virtutem: dextera Domini exaltavit me: non moriar, sed vivam, et narrabo opera Domini.

SECRET

Hostas tibi, Domine, placationis offerimus: ut et delicta nostra miseratus absolvas, et nutantia corda tu dirigas. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

For St Valentine

Suscipe, quaesumus, Domine, munera dignanter oblata: et, beati Valentini Martyris tui suffragantibus meritis, ad nostrae salutis auxilium provenire concede. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

COMMUNION Luke 5: 22

Mirabantur omnes de his, quae procedebant de ore Dei.

POSTCOMMUNION

Quaesumus, omnipotens Deus: ut illius salutaris capiamus effectum, cujus per haec mysteria pignus accepimus. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

For St Valentine

Sit nobis, Domine, reparatio mentis et corporis caeleste mysterium: ut, cujus

the time of the harvest I will say to the reapers: Gather up first the cockle and bind it into bundles to burn, but the wheat gather ye into my barn.

The right hand of the Lord hath wrought strength: the right hand of the Lord hath exalted me: I shall not die, but live, and shall declare the works of the Lord.

We offer unto Thee, O Lord, the sacrifice of propitiation, that Thou may of Thy mercy absolve us from our sins, and Thyself direct our inconstant heart. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Deign O Lord, we beseech Thee, to accept the gifts we offer; and through the intercession of Thy blessed Martyr Valentine, grant that they may avail as a help to our salvation. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

All wondered at these things which proceeded from the mouth of God.

We pray Thee, O almighty God, that we may receive the effect of that salvation of which we have received the pledge in these mysteries. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Let Thy heavenly mystery, O Lord, avail to the restoration of mind and